




IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)



Photographic
Sciences
Corporation

23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503

**CIHM/ICMH
Microfiche
Series.**

**CIHM/ICMH
Collection de
microfiches.**



Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

© 1985

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

- Coloured covers/
Couvercle de couleur
- Covers damaged/
Couvercle endommagé
- Covers restored and/or laminated/
Couvercle restauré et/ou pelliculé
- Cover title missing/
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion
along interior margin/
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la
distortion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may
appear within the text. Whenever possible, these
have been omitted from filming/
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées
lors d'une restauration apparaissent dans le texte,
mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont
pas été filmées.
- Additional comments:/
Commentaires supplémentaires:

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	22X	26X	30X
			<input checked="" type="checkbox"/>		

12X 16X 20X 24X 28X 32X

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:



Bibliothèque nationale du Québec

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol → (meaning "CONTINUED"), or the symbol ▽ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:


Bibliothèque nationale du Québec


Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole → signifie "A SUIVRE", le symbole ▽ signifie "FIN".


Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.







ORDO
AD
DIECESANAM SYNODUM
MARIANOPOLITANAM.



ORDO
DIECESANUS
SAINTE SEDIS

MARIANOPOLI
TYPIS PLINGUET ET LAPLANTE
MDCCCLXIII.

CELESTE

37

WILLOWE WOODS

WILLOWE WOODS

WILLOWE WOODS
WILLOWE WOODS

WILLOWE WOODS

WILLOWE WOODS

ORDO
AD
DICECESANAM SYNODUM
MARIANOPOLITANAM.

I. In Synodo diœcesanâ, quæ à proprio cuiusque diœcesis Episcopo congregatur, nonnulli ritus et cœremoniæ sunt observandæ quæ, juxta sanctorum rituum traditiones diversorumque conciliorum decreta, retineri maxime decet.

II. Primo erit advertendum ut dies inchoationis hujusmodi Synodi per publica documenta, omnibus qui de jure et consuetudine interesse debent, denuntietur.

III. Diœcesana Synodus Marianopolitana sic confiatur, scilicet: Ex Episcopo Ordinario; ex Ecclesiæ Cathedralis Capitulo ejusdemque Capellanis; ex omnibus et singulis qui in haec Diœcesi beneficia seu officia Ecclesiastica obtinent quibus animarum cura annexa sit; ex Rectoribus Ecclesiarum annexarum; ex Superioribus et Rectoribus Seminariorum, Religiosorum Ordinum, Collegiorum nec non ex Superioribus Ecclesiasticis ac Capellanis monialium seu Virginum Deo dicatarum et ex ceteris omnibus qui quovisjure huic Synodo interesse debent.

IV. Primus et spectabilior locus Episcopo debet.

Secundum occupat locum Vicarius Generalis. Dignitates tamen et Canonici præferendi sunt Vicario Generali, si sacris vestibus induiti ipsi Synodo assistant, nisi ipse pariter sit induitus habitu Prælati, Rochetto videlicet et manteletta.

Tertium in Synodo locum occupant Dignitates et Canonici Cathedrales, et post Canonicos, Capellani Capituli Cathedralis, qui ab eo non debent se Jungi.

Quartum tenent locum Parochi, in ordine quo Parœciæ præfecti sunt. Quod si plures eodem die præfecti fuerint, spectatur tempus ordinatio[n]is; et si etiam in ordinatio[n]is die convenient, habenda est ratio æstatis.

Quintum occupant locum Ecclesiarum Rectores annexarum, in ordine promotionis.

Sextum Superiores, Rectores et Capellani supra dicti cœterique qui quovis jure huic Synodi interesse debent, secundum tempus promotionis, Regulares post Sæculares.

V. In Synodo omnia tractantur per congregations privatas, congregations generales ac solemnes Sessiones.

VI. Sex sunt congregations privatas, scilicet : 1o. de Decretis ; 2o. de Doctrina ; 3o. de Liturgia ; 4o. de Disciplina ; 5o. de Studiis ; 6o. de Administratione temporalium negotiorum Parochiarum ac Ecclesiastarum.

VII. Ante Synodum, aliquot congregations, pro ejusdem directione fieri solent, quibus Episcopus praesideat induitus habitu Praeditatio, Rochetto scilicet et mozettā. Officiales et ministri deputandi in hujusmodi Synodo, in primā Sessione postea promulgandi, deliguntur alii ab Episcopo aliquie in congregatione consultorum. Episcopus destinare debet Praefectum hospitiorum. In congregatione consultorum deliguntur : 1o. Duo Promotores, unus Urbanus, Foranens alter ; 2o. Synodi Secretarius, quem decet esse aliquem ex Canonicis Cathedralis Ecclesiae ; iisque alium quem maluerit, sibi socium adsciebit ; 3o. Notarius Synodi qui solet esse Episcopi Cancellarius ; 4o. Procurator cleri in unaquaque congregatione privatā supradictā qui omnium nomine, ea tamen qua decet modestia, ac reverentia, dicat in Synodo, que Clero displicent, quæque ex eis, quæ aut statuta, aut statuenda sunt, difficiliora et aspera ordinantur, etc. ; 5o. Magistri ceremoniarum ; 6o. Ostiarii ; 7o. Economus.

VIII. Pridie hujus diei qua inchoanda est Synodus, habebitur prima Congregatio Generalis in qua promulgantur omnia que ab Episcopo cum Consultoribus ordinata sunt pro meliori Synodi directione. Quæ Congregatio sic indicitur à Synodi Secretario :

Illius. ac Revmus. D. D. Marianopolitanus Episcopus universis et singulis qui Synodo Diocesanæ interesse debent mandat et præcipit ut die....mense....anni....in....sistant se pro Congregatione Generali habenda.

De mandato Illm. ac Revm.

D. D. Marianopolitani Episcopi.

IX. Per duos ant saltem unum mensem, ante dictam diem, schedula manu Cancellarii subscripta Ecclesiae Cathedralis valvis affigitur sub hujusmodi, aut simili tenore ; *Synodus Diocesana N. per Reverendissimum Dominum Episcopum N. indicta hoc anno, etc., mense, etc., die, etc. Deo adjuvante, in Cathedrali Ecclesia inchoabitur.*

X. Rureus tribus proximis diebus Dominicis, ante dictam diem, conveniens erit, si tam in ipsâ Ecclesia Cathedrali, per cancionatorem, quam in singulis Parochialibus Ecclesie ac Capellis, per Parochos Capellanosque iterum atque iterum deunietetur, populiique fideles ad devotionem, orationes, jejunia, Sacramentum Pœnitentie, SS. Eucharistie sumptionem aliaque opera adhortantur, ut actio hujusmodi, Deo opitulante, dignum sortiatur exordium, felicemque et fructuosum progressum et exitum habeat.

XI. Illi vero qui in ipse Synodo interfuturi sunt, moneantur ut ea sedulo carent observari, quæ per sanctum concilium Tridentinum in sessione secunda salubri decreto statuit, nempe de modo vivendi, et aliis in Synodo servandis.

XII. Decens est ut singulis quintis feriis à tempore inductionis Synodi usque ad finem, missa votiva de Spiritu Sancto celebretur, aut si impediatur duplo festo, saltem de illo commemoratio fiet ab Episcopo et a singulis sacerdotibus, quoad ipsa Synodus absoluta et dimissa sit.

XIII. Cum autem predicta Synodi dies appropinquaverit, ornabitur Ecclesia, ubi Synodus habenda est, festivo et solemnni ritu.


XIV. Sedes Episcopi collocabitur apud altare juxta inferiorem gradum, per quem ad altare ascenditur; et alia sedes in plano altaris.

XV. Disponuntur sedilia ut Dignitates et Canonici Ecclesie Cathedrales parati hinc inde sedeant à lateribus Episcopi, vel ante Episcopum semicirculum facientes, sc omnes alii assistentes in convenienti loco apparent.

XVI. In sessione vero et ordine proferendi vota observatum est ut Dignitates et Canonici Cathedrales Ecclesie, cum capitulariter procedunt, præferuntur ceteris omnibus; deinde ceteri pro cuiuscumque dignitate et gradu.

XVII. Pridie ejus diei quæ Synodus inchoanda erit, debent campanæ Ecclesie Cathedrales aliarumque Ecclesiarum, in eadem civitate existentium, solemniter pulsari a primis Vesperis, pér totam diem, et ipsa die sequenti, quounque Episcopus ingressus fuerit Ecclesiam.





SESSIO PRIMA.

Prima die Synodi Pontifex summo mane cappa induitus, ab universo clero cum superpellicibus comitatus ad Ecclesiam pergit.

Quibus omnibus Ecclesiam ingressis et ostensis, si ostendentes erunt, Reliquiae, ut in forma Ceremoniali Episcoporum prescripta, cantabitur missa de Spiritu Sancto solemniter per Episcopum; et si Festum fuerit duplex, vel dominicus, sine commemoratione illorum, et sine Evangelio Dominicis in fine.

Quā finita, non autem data benedictione, quae datur in fine sessionis semper, Episcopus, depositis paramentis missæ propriis, usque ad tunicellam inclusiva, et accepto pluviali, accedit coram altari, Diacono et Subdiacono paratis rubeis ornamentis, ipsum hinc et inde associantibus, et ibi ante faldistorium sibi paratum genuflexus, omnibus aliis etiam genuflectentibus, incipit antiphonam.

Exaudi nos, Domine, quoniam benigna est misericordia tua: et secundūm multitudinem miserationum tuarum respice nos, Domine.

Incepto Psalmo, sedet Pontifex, accepta mitra, et sic manet quousque finiatur Psalmus, et Antiphona repetatur.

PSALMUS 68.

Salvum me fac, Deus, * quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam.

Infelix sum in limo profundi, * et non est substantia.

Veni in altitudinem maris, * et tempestas demersit me.

Laboravi clamans; raucae factæ sunt fauces meæ: * defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei, * qui oderunt me gratis.

Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei injustè: * quæ non rapui, tunc exolvebam.

Deus, tu scis insipientiam meam: * et delicta mea à te non sunt abscondita.

Non erubescant in me qui expectant te, Domine, * Domine virtutum.

Non confundantur super me, * qui querunt te, Deus Israel.

Quoniam propter te sustinui opprobrium, * operuit confusio faciem meam.

Extraneus factus sum fratribus meis, * et peregrinus filiis matris meæ.

Quoniam zelus domûs tuæ comedit me, * et opprobria exprobantium tibi ceciderunt super me.

Et operni in jejunio animam meam ; * et factum est in opprobrium mihi.

Et posui vestimentum meum cilicum : * et factus sum illis in parabolam.

Adversum me loquebantur qui sedebant in porta ; * et in me psallebant qui bibeant vinum.

Ego vero orationem meam ad te, Domine : * tempus beneplaciti, Deus.

In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, * in veritate salutis tuæ.

Eripe me de luto, ut non infigar : * libera me ab iis qui oderunt me, et de profundis aquarum.

Non me demergat tempetas aquæ, neque absorbeat me profundum, * neque urgeat super me puteus os suum.

Exaudi me, Domine, quoniam benigna est misericordia tua : * secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Et ne avertas faciem tuam à puero tuo : * quoniam trubolor, velociter exaudi me.

Intende animæ meæ, et libera eam : * propter inimicos meos eripe me.

Tu scis improprium meum et confusionem meam, * et reverentiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, * improprium expectavit cor meum, et miseriam.

Et sustinui qui simul contrastaretur, et non fuit : * et qui consolaretur, et non inveni.

Et dederunt in escam meam fel ; * et in siti mea potaverunt me aceto.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, * et in retributions, et in scandalum.

Obscurerunt oculi eorum, ne videant ; * et dorsum eorum semper incurva.

Effundre super eos iram tuam ; * et furor iræ tue comprehendat eos.

Fiat habitatio eorum deserta, * et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet ;

Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt ; * et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.

Appone iniquitatem super iniquitatem eorum ; * et non intrent in justitiam tuam.

Deleantur de libro viventium ; * et cum justis non scribantur.

Ego sum pauper et dolens : * salus tua, Deus, suscepit me.

Laudabo nomen Dei cum cantico, * et magnificabo eum in laude.

Et placebit Deo super vitulum novellum, * cornua producentem et ungulas.

Videant pauperes, et lætentur : * quærite Deum, et vivet anima vestra ;

Quoniam exaudiuit pauperes Dominus, * et vincitos suos non despexit.

Laudent illum cœli et terra, * mare et omnia reptilia in eis.

Quoniam Deus salvam faciet Sion, * et ædificabuntur civitates Juda.

Et inhabitabunt ibi, * hæreditate acquirent eam.

Et semen servorum ejus possidebit eam ; * et qui diligunt nomen ejus, habitabunt in ea.

Gloria Patri.

Finito Psalmo, et repetita antiphona, Pontifex surgit, deposita mitra; et versus ad altare, dicit :

Adsumus, Domine sancte Spiritus, adsumus, peccati quidem immanitate detenti, sed in Nomine tuo specialiter aggregati : veni ad nos, adesto nobis, dignare illabi cordibus nostris : doce nos quid agamus, quo gradiamur ostende, quid efficiamus operare. Esto solus et suggestor et effector judiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre, et ejus Filio nomen possides gloriosum : non nos patiaris

perturbatores esse justitiae, qui summè diligis æquitatem : ut sinistrum nos non ignorantiae trahat, non favor inficiat, non acceptio muneris vel personæ corruptat ; sed junge nos tibi efficaciter solum tuæ gratiæ dono, ut simus in te unum, et in nullo deviemus à vero ; quatenus in nomine tuo collecti, sic in canctis teneamus cum moderamine pietatis justitiam, ut hic à te in nullo dissentiat sententia nostra, et in futuro pro bene gestis consequamur præmia æterna.

Respondetur ab omnibus : Amen.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui misericordia tua nos incolumes in hoc loco specialiter aggregasti ; mentes nostras, quæsumus, Paraclitus, qui à te procedit, illuminet et inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem ; cunctosque in tua fide et caritate corroboret ; ut excitati à temporali Synodo, proficiamus ad æternæ felicitatis augmentum. Per eundem Dominum.... in unitate ejusdem.... Amen.

Finita oratione, Pontifex, accepta mitra, procumbit supra foldistorium prædictum, aliis omnibus genuflectentibus ; et cantores dicunt Litanias.

LITANIE.

Kyrie, eleison. Christe, eleison.

Kyrie, eleison.

Christe, audi nos. Christe, exaudi nos.

Pater de cœlis Deus,	miserere nobis.
----------------------	-----------------

Fili redemptor mundi Deus,	miserere.
----------------------------	-----------

Spiritus sancte Deus,	miserere.
-----------------------	-----------

Sancta Trinitas unus Deus,	miserere.
----------------------------	-----------

Sancta Maria,	ora pro nobis.
---------------	----------------

Sancta Dei genitrix,	ora.
----------------------	------

Sancta Virgo Virginum,	ora.
------------------------	------

Sancte Michael,	ora.
-----------------	------

Sancte Gabriel,	ora.
-----------------	------

Sancte Raphael,	ora.
Omnes sancti Angeli et Archangeli,	orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum Spirituum ordines,	orate pro nobis.
Sancte Joannes Baptista,	ora pro nobis.
Sancte Joseph,	ora.
Omnes sancti Patriarchæ et prophetæ,	orate pro nobis.
Sancte Petre,	ora pro nobis.
Sancte Paule,	ora.
Sancte Andrea,	ora.
Sancte Jacobe,	ora.
Sancte Joannes,	ora.
Sancte Thoma,	ora.
Sancte Jacobe,	ora.
Sancte Philippe,	ora.
Sancte Bartholomæe,	ora.
Sancte Matthæe,	ora.
Sancte Simon,	ora.
Sancte Thaddæe,	ora.
Sancte Mathia,	ora.
Sancte Barnaba,	ora.
Sancte Luca,	ora.
Sancte Marce,	ora.
Omnes sancti Apostoli et Evangelistæ,	orate pro nobis.
Omnes sancti Discipuli Domini,	orate.
Omnes sancti Innocentes,	orate.
Sancte Stephane,	ora.
Sancte Laurenti,	ora.
Sancte Vincenti,	ora.
Sancti Fabiane et Sebastiane,	orate.
Sancti Joannes et Paule,	orate.
Sancti Cosma et Damiane,	orate.
Sancti Gervasi et Protasi,	orate.
Omnes sancti Martyres,	orate.
Sancte Silvester,	ora.
Sancte Gregori,	ora.
Sancte Ambrosi,	ora.
Sancte Augustinc,	ora.

Sancte Hieronyme,	ora.
Sancte Martine,	ora.
Sancte Nicolae,	ora.
Omnes sancti Pontifices et Confessores,	orate.
Omnis sancti Doctores,	orate.
Sancte Benedicte,	ora.
Sancte Antoni,	ora.
Sancte Bernarde,	ora.
Sancte Dominice,	ora.
Sancte Francisce,	ora.
Omnis sancti Sacerdotes et Levitæ,	orate.
Omnis sancti Monachi et Eremitæ,	orate.
Sancta Maria Magdalena,	ora.
Sancta Agatha,	ora.
Sancta Lucia,	ora.
Sancta Agnes,	ora.
Sancta Cæcilia,	ora.
Sancta Catharina,	ora.
Sancta Anastasia,	ora.
Omnis sanctæ Virgines et Viduae,	orate.
Omnis Sancti et Sanctæ Dei,	intercedite pro nobis.
Propitius esto,	parce nobis, Domine.
Propitius esto,	exaudi nos, Domine.
Ab omni malo,	libera nos, Domine.
Ab omni peccato,	libera.
Ab ira tua,	libera.
A flagello terræ motus,	libera.
A peste, fame et bello,	libera.
A subitanæ et improvisa morte,	libera.
Ab insidiis diaboli,	libera.
Ab ira et odio, et omni mala voluntate,	libera.
A spiritu fornicationis,	libera.
A fulgure et tempestate,	libera.
A morte perpetua,	libera.
Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ,	libera.
Per Adventum tuum,	libera.
Per Nativitatem tuam,	libera.

ora.	Per Baptismum et sanctum Jejunium tuum,	libera.
ora.	Per Crucem et Passionem tuam,	libera.
ora.	Per Mortem et Sepulturam tuam,	libera.
orate.	Per sanctam Resurrectionem tuam,	libera.
orate.	Per admirabilem Ascensionem tuam,	libera.
ora.	Per adventum Spiritus sancti Paracliti,	libera.
ora.	In die judicii,	libera nos, Domine.
ora.	Peccatores,	te rogamus, audi nos.
ora.	Ut nobis parcas,	te rogamus.
ora.	Ut nobis indulgeas,	te rogamus.
orate.	Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris,	te roga-
orate.		mus.
ora.	Ut Ecclesiam tuam sanctam regere et conservare digne-	
ora.	rnis, te rogamus.	
ora.	Ut Dominum Apostolicum et omnes Ecclesiasticos ordines	
ora.	in sancta religione conservare digneris, te rogamus.	
ora.	Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, te roga-	
ora.	mus.	
ora.	Ut Regibus et Principibus Christianis pacem et veram	
ora.	concordiam donare digneris, te rogamus.	
orate.	Ut cuncto populo Christiano pacem et unitatem largiri di-	
nobis.	gnoris,	te rogamus.
omine.	Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare et conser-	
omine.	vare digneris,	te rogamus.
omine.	Ut mentes nostras ad cœlestia desideria erigas, te rogamus.	
libera.	Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retrici-	
libera.	buas,	te rogamus.
libera.	Ut animas nostras, fiatrum, propinquorum et benefacto-	
libera.	rum nostrorum ab æterna damnatione eripias, te roga-	
bera.	mus.	
bera.	Ut fructus terræ dare et conservare digneris, te rogamus.	
bera.	 Et postquam dictum fuerit :	
bera.	Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare	
bera.	digneris,	te rogamus.
era.	Pontifex surget, et baculum pastoralem in sinistra tenens, stans	
era.	versus Synodum, dicit :	

Ut hanc præsentem Synodum visitare, disponere et benedicere digneris.

te rogamus, audi nos.

Quo facto, iterum accumbit, cantoribus Litanias perficientibus.

Ut nos exaudire digneris,

te rogamus, audi nos.

Fili Dei,

te rogamus, audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Christe, audi nos. Christe, exaudi nos.

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison.

Quibus dictis, surgunt omnes, et Pontifex, deposita mitra, dicit stans versus altare :

OREMUS.

Da, quæsumus, Ecclesiæ tuae, misericors Deus, ut Spiritu sancto congregata, secura tibi devotione servire mereatur. Per Dominum.... in unitate ejusdem. r. Amen.

Deinde Pontifex ascendit ad sedem sibi paratam in plano altaris ; imponit incensum in thuribulum et benedit more solito. Diaconus, benedictione accepta a Pontifice, cantat in loco convenienti :

Sequentia sancti Evangelii secundum

LUCAM, c. 9.

In illo tempore : Convocatis Jesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutem et potestatem super omnia dæmonia, et ut languores curarent. Et misit illos prædicare regnum Dei, et sanare infirmos. Et ait ad illos : Nihil tulteritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam : neque duas tunicas habeatis. Et in quamcumque domum intraveritis, ibi manete, et inde ne exeatis. Et quicumque non receperint vos, exeuntes de civitate illa, etiam pulverem pedum vestrorum executite in testimonium super illos. Egressi autem circuibant per castella, evangelizantes et curantes ubique.

Quo finito, liber Evangeliorum osculatur a Pontifice, qui et deinde incensatur. Quo facto, Pontifex, genuflexus, aliisque omnibus genuflectentibus, incipit cantando, schola prosequente, hymnum :

Veni, Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia,
Quæ tu creasti pectora.
Qui diceris Paraoletus,
Altissimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, caritas,
Et spiritalis unctio.
Tu septiformis munere,
Digitus paternæ dexteræ,
Tu rite promissum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus ;
Ductore sic te prævio,
Vitemus omne noxiun.
Per te sciamus, da Patrem,
Noscamus atque Filium,
Teque utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.
Deo Patri sit gloria
Et Filio, qui a mortuis,
Surrexit, ac Paracleto,
In sæculorum sæcula. Amen.

Doxologia communis

Deo Patri sit Gloria.
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paracclito,
Nunc et per omne sæculum.

Finito primo versu, Pontifex surgit, ac similiter omnes alii cum Pontifice surgunt. Expleto hymno, omnes sedent in silentio, et Pontifex, sedens, alloquitur Synodum.

Post allocutionem, sermoneque habito, si fieri debet, Promotores Synodi his verbis, requirunt ut legatur Decretum de *Aperienda Synodo*:

Illustrissime ac Reverendissime Domine, cum Diocesis Marianopolitanæ Synodi, per Decretum diei... mensis... anni.... dies præsens adsit, nosque Amplitudo Vestra jam in prima Congregatione, Promotores constitueris, pro nostri officii munere comparantes, instamus ac requirimus hanc Dicecesanam Synodum jam rite denuntiatam atque promulgatam, hac ipsa die per Vos deliberari et declarari incipere, jamque inceptam esse. Cujus prosperum et optamus successum, et à Deo supplices piis orationibus deprecamur.

Tunc Secretarius legit ex suggesto Decretum de *Aperienda Synodo*; statimque Decretum de modo vivendi *Synodi tempore*. Deinde Pontifex dicit :

Quoniam ad hujus Synodi progressionem nonnulli adutores et ministri requiruntur, constituimus :

Præfectum Hospitiorum, Rev. N.

Promotores Synodi, RR. N. N.

Secretarium Synodi, Rev. N.

Pro-Secretarium, Rev. N.

Notarium Synodi, Rev. N.

Procuratores Cleri, RR. N. N.

Magistros Ceremoniarum, RR. N. & N.

Ostiarios, RR. N. N.

Economum, Rev. N.

Deinde sub pœnis à jure statutis inhibemus ne quis eorum qui huic Dicecesanæ Synodo interesse debent ex hac civitate discedere præsumat, nisi discessus causa à Nobis approbata.

Nunc vocabuntur omnes qui huic Synodo interesse debent, qui ordine nominatim vocati surgunt et respondent singuli : Adsum....

Tunc Secretarius nomina omnium sio proclamat qui Synodo interesse tenentur :

Rev. N.

Quibus expeditis, Promotores sio requirunt ut Decretum de Professione Fidei legatur.

Illustrissime ac Reverendissime Domine, Sacrosancti

Dioecesis
mens...
stra jam
pro nos-
quirimus
m atque
i et de-
osperum
ationibus

nda Syno-
c. Deinde

lli adju-

**Concilii Tridentini Decreto constitutum et sancitum est ut omnes qui in Synodo Diæcesana convenire debent, in ea Synodo quæ primo quoque tempore celebrabitur, omnia et singula à Tridentinis Patribus definita et statuta palam recipient, veram obedientiam Summo Pontifici Romano spondeant, simulque hærenes omnes publice detestentur et anathematizent. Ideo nos, N. N., hujus Synodi Promotores ab Illustrissima ac Reverendissima Amplitudine Vesta petimus, in hac Synodo Diæcesana, omnia ab iis qui te-
nentur, juxta Tridentinam sanctionem, præstari.**

Tunc Secretarius legit Decretum *de Professione Fidei* nec non formulam ejusdem Professionis, quam omnes Fidem professuri totidem verbis simul repeatant. Qua absoluta, bini, terni, vel quaterni ad Episcopum accendent et coram eo genuflexi, super exposita Sacro-santa Evangelia jusjurandum singulatim in hunc modum proferent :

Ego idem N. N. spondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet, et haec sancta Dei Evangelia.

FORMA PROFESSIONIS

FIDEI CATHOLICÆ, APOSTOLICÆ ET ROMANÆ.

Ego N... firma fide credo, et profiteor omnia et singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur ; videlicet,

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem factorem cœli et terræ, visibilium omnium, et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum, ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantiale Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine : et Homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundùm Scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos ; cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, et vivifi-

cantem, qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et Unam Sanctam Catholicam et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amen.

Apostolicas et Ecclesiasticas traditiones, reliquaque ejusdem Ecclesiae observationes, et constitutiones firmissime admitto et amplector.

Item sacram Scripturam juxta eum sensum, quem tenuit et tenet sancta Mater Ecclesia, cuius est judicare de vero sensu et interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto; nec eam unquam, nisi juxta unauiarem consensum Patrum accipiam et interpretabor.

Profiteor quoque septem esse vere et proprie Sacraenta novæ Legis, à Jesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis, necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, et Matrimonium; illaque gratiam conferre, et ex his Baptismum, Confirmationem, et Ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoque et approbatos Ecclesiae Catholicæ ritus, in supradictorum solemni administratione recipio et admittò.

Omnia et singula quæ de peccato originali et de justificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio.

Profiteor pariter in Missa offerri Deo Verum, proprium et propitiatorium Sacrificium, pro vivis et defunctis; atque in sanctissimo Eucharistiae Sacramento esse vere, realiter et substantialiter corpus, et sanguinem, una cum anima et divinitate Domini nostri Jesu Christi, fierique conversionem totius substantie panis in corpus, et totius substantię vini in sanguinem, quam conversionem Catholica Ecclesia Transubstantiationem appellat.

Fateor etiam, sub altera tantum specie, totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi.

Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari.

Similiter et Santos una cum Christo reguantes, venerandos, atque invocandos esse; eosque orationes Deo pro nobis offerre; atque eorum reliquias esse venerandas.

Firmissime assero, imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem imperttiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo.

Sanctam, Catholicam, et Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem et magistrum agnoscō; Romanoque Pontifici, Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo ac juro.

Cætera item omnia à sacris Canonibus et cœumenicis Conciliis, ac præcipue à sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, et declarata, indubitanter recipio atque profiteor; simulque contraria omnia, atque hæreses quascumque ab Ecclesia damnatas, et rejectas et anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, et anathematizo.

Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, et veraciter teneo, eamdem integrum et inviolatam, usque ad extremum vitæ spiritum, constantissime, Deo adjuvante, retinere et confiteri, atque à meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, et prædicari, quantum in me erit, curaturum.

Post professionem Fidei, Promotores sic requirunt à Secretariis ut rerum gestarum in hac prima Sessione instrumentum confiant:

Nos, N. N., hujus Synodi Diæcesanæ Promotores, rogamus vos ejusdem Synodi Secretarios, hic præsentes, ut de

omnibus et de singulis in hac Sessione peractis, unum plurave conficiatis instrumenta.

Secretarii respondent :

Conficiemus.

Pastremo charitatively monentur omnes ab Episcopo quod durante Synodo, honeste se habeant in omnibus, et extra ita quod eorum conversatio cæteris sit merito in exemplum. Quo facto, surgit Pontifex, et solemniter omnibus benedicit, dicens :

Sit nomen Domini benedictum, etc.

Mores consueto : quo dicto, discedunt omnes.

SESSIO SECUNDA.

Secunda die convenient iterum omnes in Ecclesia. Hac secunda die Synodi, mos est ut unus ex canonice missam solemniter faciat pro *Defunctis*, cui Episcopus assistit; eaque peracta, Stolam et Pluviale nigri coloris assumit, et consuetas orationes recitat pro Defunctis, post quas, vestes nigras in rubeas mutat, et accepto Pastorali Baoulo, procedit coram altari, Diacono et Subdiacono paratis ut supra, ipsum associantibus, et ibi in soldistorio ante medium altaris genuflexus, deposita mitra, inchoat, schola prosequente, antiphonam :

Propitius esto peccatis nostris, Domine, ne quando dicant gentes : Ubi est Deus eorum ?

Finita antiphona et incepto Psalmo, sedet Pontifex, reassumpta mitra, usque ad finem Psalmi.

PSALMUS 78.

Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: * posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam.

Posuerunt morticina servorum tuorum, escas volatilibus coeli: * carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.

Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Jerusalem ; * et non erat qui sepeliret.

Facti sumus opprobrium vicinis nostris ; * subsannatio et illusio his, qui in circuitu nostro sunt.

Usquequo, Domine, irasceris in finem ; * accendeatur velut ignis plus tunc ?

Effunde, * tuum in gentes, quæ te non noverunt : * et in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.

Quia comederunt Jacob: * et locum ejus desolaverunt.

**Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito
anticipient nos misericordias tue: * quia pauperes facti
sumus nimis.**

**Adjuva nos, Deus, salutaris noster; et propter gloriam
nominis tui, Domine, libera nos, * et propitius esto pecca-
tis nostris, propter nomen tuum.**

**Ne forte dicant in gentibus: Ubi est Deus eorum? * et
imnotescat in nationibus coram oculis nostris.**

**Ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est, * intro-
eat in conspectu tuo gemitus competitorum.**

**Secundum magnitudinem brachii tui, * posside filios
mortificatorum.**

**Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: * impro-
perium ipsorum, quod exprobraverunt tibi, Domine.**

**Nos autem populus tuus, et oves pascuae tue, * confite-
bimus tibi in saeculum.**

**In generationem et generationem * annuntiabimus lau-
dem tuam.**

Gloria Patri.

**Deinde finito Psalmo, et repetita antiphona, Pontifex, deposita
mitra, surgit, et stans versus altare dicit:**

OREMUS.

Nostrorum tibi, Domine, curvantes genua cordium,
quæsumus, ut bonum quod in nobis a te requiritur, exequam-
mur, scilicet, ut prompta tecum sollicitudine gradientes,
discretionis arduæ subtile judicium faciamus, ac miseri-
cordiam diligentes,clareamus studiis tibi placitæ actionis.
Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

Mentibus nostris, quæsumus, Domine, Spiritum sanctum
benignus infunde, quatenus in nomine tuo collecti, sic in
cunctis teneamus cum moderamine pietatis justitiam, ut
hic à te in nullo dissentiat voluntas nostra; sed semper
rationabilia meditantes, quæ tibi sunt placita, et dictis
exequamur, et factis. Per Dominum.... in unitate ejus-
dem.... R. Amen.

OREMUS.

Deus, qui nos justitiam loqui, et quæ recta sunt præcipis
judicare : tribue nobis, ut neque iniquitas in ore, nec pra-
vitatis inveniatur in mente ; ut puro cordi purior sermo con-
sentiat ; ostendatur in opere justitia, neque appareat dolus
in lingua, sed ex corde veritas proferatur. Per Dominum....
R. Amen.

Post hæc, Pontifex ascendit ad planum altaris ; imponit incensum
et benedicit Diacono qui cantat Evangelium ut heri.

Sequentia sancti Evangelii secundum

Lucam. Cap. 10.

In illo tempore ; Designavit Dominus et alios septuaginta duos, et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus. Et dicebat illis : Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Ite : ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, et neminem per viam salutaveritis. In quamcumque domum intraveritis, primum dicite : Pax huic domui ; et si ibi fuerit filius pacis, requiescat super illum pax vestra : sin autem, ad vos revertetur. In eadem autem domo manete edentes et bibentes, quæ apud illos sunt : dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in dominum. Et in quamcumque civitatem intraveritis, et suscepient vos, manducate quæ apponuntur vobis : et curate infirmos, qui in illa sunt, et dicite illis : Appropinquavit in vos regnum Dei.

Quo finito, et per Pontificem libro osculato et ipso incensato, Pon-
tifex incipit, schola prosequente, hymnum : *Veni, Creator*, pag. 15.

Expleto hymno, Pontifex alloquitur Synodum, si velit.

Postea, his verbis Promotores requirunt promulgationem Constitu-
tionum per Synodum approbadarum :

Illustrissime ac Reverendissime Domine, Decreta, in
novissima Congregatione sancita, in hac secunda Diœcesa-

næ Synodi Sessione edici et promulgari, omni debita reverentia, instamus et requirimus.

Tunc Secretarius dictas constitutiones promulgat. His peractis, Promatores à Secretariis requirunt, ut heri, confectionem rerum in hac Sessione gestarum Instrumenti, et Pontifex surgens, benedioit omnibus solemniter, ac omnes discedunt.

SESSIO TERTIA et ULTIMA.

Die tertia, conventione facta in Ecclesia, unus pariter ex Canonicis missam celebrat *de Sanctissima Trinitate*, addicta collecta in gratiarum actionem ; Episcopus assistat indutus Stola et Pluviali albi coloris. Missa absoluta, rubea accipit indumenta, assistantibus sibi Diacono et Subdiacono paratis, et genuflexus in faldistorio, incipit, schola prosequente, Antiphonam :

Exaudi, etc.

Cum Psalmo :

Salvum me fac, etc.

Ut supra in primo die. Quibus finitis Pontifex, surgit et stans versus ad altare dicit :

OREMUS.

Ad te, Domine, interni clamoris vocibus proclamantes, unanimiter postulamus : ut respectu tuæ gratiæ solidati, præcones veritatis efficiamur intrepidi, tuumque valeamus. verbum cum omni fiducia loqui. Per Dominum.... R. Amen.

OREMUS.

Omnipotens, sempiterne Deus, qui sacro verbi tui oraculo promisisti, ubi duo, vel tres in nomine tuo congregati essent, te medium fore : adesto cœtui nostro propitius, et cor nostrum illumina misericors, ut à bono misericordiæ tuæ nullatenus aberremus, sed rectum justitiae tue trahim in omnibus teneamus. Per Dominum.... R. Amen.

OREMUS.

Et ministri dicunt :

Flectamus genua.

R. Levate.

Deus, qui populis tuis et indulgentiâ consulis, et amore dominaris : da Spiritum sapientiæ tuæ, quibus dediti regimen disciplinæ, ut de profectu sanctorum ovium fiant gaudia æterna Pastorum. Per Dominum.... in unitate ejusdem.... R. Amen.

Post hæc Pontifex ascendit ad planum altaris, imponit incensum in thuribulum; deinde benedicit Diacono, qui cantat Evangelium, ut heri.

Sequentia sancti Evangelii secundum

Matthæum. c. 18.

In illo tempore : dixit Jesus discipulis suis : Si peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te et ipsum solum : Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, et publicanus. Amen dico vobis, quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in cælo : et quæcumque solveritis super terram, erunt soluta et in cælo. Iterum dico vobis : quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quacumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cœlis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Tunc accedens Petrus ad eum dixit ; Domine, quoties peccabit in me frater meus, et dimittam ei ? usque septies ? Dicit illi Jesus : Non dico tibi usque septies ; sed usque septuagies septies.

Quo finito, et per Pontificem libro osculato, et ipso incensato, Pontifex genuflexus, incipit hymnum : *Veni Creator.*

Explato hymno, omnes sedent in silentio ; tunc Pontifex Synodus alloquitur, si velit.

Post Allocutionem, Promotores requirunt, his verbis, promulgationem Decretorum, si quæ sint per Synodum approbanda.

Illustrissime ac Reverendissime Domine, Decreta, in novissima Congregatione sancita, in hac tertia et ultima Diæ-

cesanæ Synodi Sessione, edioi et promulgari, omni debita reverentia, instamus et requirimus.

Tunc Secretarius promulgat Deoleta. Quibus lectis, Promotores requirunt appellationem omnium qui Synodo interesse tenentur :

Ecclesiasticæ disciplinæ legibus innixi, instamus et petimus omnes qui huic Synodo interesse tenentur nominatim vocari, et contra absentes qui per se, seu per alias, constituto tempore legitime non comparuerunt, prout juris fuerit, agi et procedi.

Tunc Secretarius legit ut in prima Sessione, nomina omnium qui Synodo interesse debent et presentes ad sua nomina surgunt, et respondent singuli : Adsum.

Absentes vero notantur, et per Pontificem debita pena mulcantur.

Quo facto, Promotores requirunt promulgationem Decreti de Fine Synodi :

Cum ea quæ ad restitutionem et conservationem christianæ Disciplinæ in hac Diœcesi, pro hujus temporis ratione, agenda videbantur, Deo auctore et adjutore, confecta sint, nos hujus Synodi Promotores, instamus ac petimus ut huic finem imponere, et jam imponi decernatis.

Tunc Secretarius sequentem supplicationem legit :

Illustrissime ac Reverendissime Domine, placetne vobis ad laudem Dei omnipotentis, hujus Synodi Diœcesanæ finem jam fieri ?

Pontifex respondet :

Placet :

Et adhuc sedens, si velit, Synodum alloquitur, commendat se omnium orationibus, et surgens incipit :

Te Deum laudamus : * te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem * omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, * tibi Cœli, et universæ Potestates,

Tibi Cherubim et Seraphim * incessabili voce proclamant :

Sanctus,

Sanctus.

Sanctus, * Dominus Deus Sabaoth.
 Pleni sunt cœli et terra * majestatis gloriæ tuæ.
 Te gloriosus * Apostolorum chorus,
 Te Prophetarum * laudabilis numerus,
 Te Martyrum candidatus * laudat exercitus.
 Te per orbem terrarum * sancta confitetur Ecclesia,
 Patrem * immensæ majestatis,
 Venerandum tuum verum, * et unicum Filium :
 Sanctum quoque * Paraclitum Spiritum.
 Tu Rex gloriæ, * Christe.
 Tu Patris * sempiternus es Filius.
 Tu, ad liberandum suscepturus hominem, * non horruis-
 ti Virginis uterum.
 Tu, devicto mortis aculeo, * aperuisti credentibus regna
 Cœlorum.
 Tu ad dexteram Dei sedes * in gloria Patris.
 Judex crederis * esse venturus.
 Te ergo, quæsumus, tuis famulis subveni, * quos preocio-
 so sanguine redemisti.
 Æterna fac * cum Sanctis tuis in gloria numerari.
 Salvum fac populum tuum, Domine, * et benedic hære-
 ditati tuæ.
 Et rege eos, * et extolle illos usque in æternum.
 Per singulos dies * benedicimus te.
 Et laudamus nomen tuum in sœculum, * et in sœculum
 sœculi.
 Dignare, Domine, die isto * sine peccato nos custodire.
 Miserere nostri, Domine, * miserere nostri.
 Fiat misericordia tua, Domine, super nos, * quemadmo-
 dum speravimus in te.
 In te, Domine, speravi, * non confundar in æternum.
 v. Benedicamus Patrem et Filium cum sancto Spiritu.
 r. Laudemus et superexaltemus eum in sœcula.

OREMUS.

Nulla est, Domine, humanæ conscientiæ virtus, quæ
 inoffense possit tuæ voluntatis judicia experiri ; et ideo,

quia imperfectum nostrum vident oculi tui, perfectioni deputa misericors Deus, quod perfecto æquitatis fine concludere peroptamus ; te in nostris principiis occursum poposcimus ; te in hoc fine judiciorum nostrorum indultem nostris excessibus speramus ; scilicet, ut ignorantiae parcas, errori indulgeas, ut perfectis votis perfectam operis efficaciam largiaris ; et quia conscientia remordente tabescimus, ne aut ignorantia nos traxerit in errorem, aut præceps forsitan voluntas impulerit justitiam declinare ; hoo te poscimus, te rogamus, ut si quid offensionis in hac Synodi celebritate contraximus, te miserante, indulgentiam sentiamus ; ut in eo, quod soluturi sumus aggregatam Syndicum, à cunctis primâ absolvamur nostrorum nexibus delictorum ; qualiter, et transgressores venia, et confitentes tibi, subsequatur remuneratio sempiterna. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Oratione dicta, Promotores requirunt more solito, confectionem rerum gestarum in hac tertia et ultima Sessione Instrumenti.

Tandem Pontifex benedicit solemniter omnibus dicens :

Sit nomen Domini benedictum, etc.

Et dat Indulgentiam. Quibus peractis, Diaconus stans juxta Pontificem dicit alta voce :

Recedamus in pace.

Et respondent omnes :

In nomine Christi.

Tunc omnes pariter surgentes, Pontificem cappa indutum, cum superpelliceis, ad Domum reducunt, et recedant in pace.

IMPRIMATUR.

 IG. EPISCOPUS MARIANOPOLITANUS.

BIRLANTHE GALL
SAINT-SULPICE

